Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8325
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Venite exultemus domino iubilemus deo salutari nro
praeoccupemus faciem eius in confessione et in psalmis iubilemus
ei. Quoniam deus magnus dominus et rex magnus super omnes
deos quoniam non repellit dominus plebem suam quia in manu
eius sunt omnes fines terre et altitudines montium ipse conspicit
Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud et aridam fundaverunt
manus eius Venite adoremus et procidamus ante deum
ploremus coram domino qui fecit nos quia ipse est dominus
deus noster nos autem populus eius et oves pascue eius